X
246

X
246.

I. A. COMENII

# IANVA AVREA RESERATA TRIVM LINGVARVM,

*SIVE.*

Compendiosa Methodus

LATINAM, GERMANICAM, & GALLICAM

Linguam perdiscendi, sub Titulis centum, Periodis mille comprehensa, & Vocabulis bis mille ad minimum aucta;

*Cum triplici Indice,*

*Versione Gallica longè quàm antehac emendatiore locupletata.*

QVOD TIBI FIERI NON VIS ALTERI NE FECERIS.

GENEVÆ.

Sumptibus IOANNIS de TOVRNES Reip. & Academiæ Typographi.

CIƆ IƆ CXLIII.

St 8125

403

BIBLIOTEKA
UMCS
LUBLIN

P. 22 1/5 / 1778.

# *Typographus Lectori.*

ANIMVS vereri qui ſcit, ſcit tutò ingredi, ille verò quem metu omni ſepoſito nimia ſui fiducia tranſverſum abripit, turpiſſimè, ut plurimùm impingit. Cujus rei *Nathanaël* quidam DUVEZ gente, ut arbitror, barbarus, profeſſione pædagogus, lucrum ex damno noſtro capturus, in meſſem noſtram falce injectâ, illuſtre dedit ſpecimen. Anno octavo ac trigeſimo ſupra ſexcenteſimum *Ianuam linguarum* Reverendi ac clariſſimi viri *Ioannis Amosi Comenij* Gallicâ verſione auctam prælo noſtro ſubjeceramus, ut puerulis noſtris Latinæ linguæ ſtudioſis gratum faceremus. Neque enim adeò ſtolidi ac marrucini fuimus, ut crederemus verſionem illam quam exhibebamus idem in linguâ Gallicâ poſſe, quod aureum *Comenij* opus in linguâ Latinâ quod pleroſque tamen, ſed malè arbitrari vidimus, nulla enim verſio quamlibet elaborata omnia linguæ ſuæ vocabula eodem artificio congerere poteſt quo ille Latias opes congeſſit. Alia aliis verbis exprimuntur, nec ſi omnia Latinæ linguæ vocabula in opere tuo expreſſeris, idem continuo in linguâ meâ præſtiturus ſum. Peculiari ad id opus eſt labore, cujus ſpecimen eximio hoc ac præſtanti opuſculo nobis exhibuit Comenius, quod quum animadverteret Interpres, vere

stionem sic adornaverat, ut varijs synonymis coacervatis, & ad *Comenium* quam proximè accederet, & ad Gallicæ linguæ Ianuam quam nobis pollicebatur viā sibi sterneret: quod per temporis, quod illi concessimus, angustias non malè sane præstitit. Currente enim prælo quindecim aut sedecim ad summum dierum spatio, etiam inter varia quibus distinebatur negotia versionem illam absolvit: adeò ut, quippe qui homo sit & humani nihil à se alienum agnoscat, veniam si sicubi forte tunc impegerit non solùm deprecetur sed & mereat. In paucis tamē impegisse offendes, & si impegisse credideris re pressius considerată, sententiam mutabis. Synonyma quæ diverso characteris genere edi voluerat, quæque ita, quantum per operas licuit, edita sunt, non semper accurate phrasi *Comeniana* ac linguæ Gallicæ genio respondebant, sed id de industriâ ab illo factum, ut ostenderet vocem Latinam pro varijs locis varias admittere posse significationes, quanquam ibi locorum unam tantum admitteret. Satis illi fuit si vox Latina synonymo Gallico interdum respondere posset. Nihil id verò lectorem turbare potuit, nam cæteris omissis Italico charactere edita cum Latinis sola conferre potuit, nec enim uno tenore & continuâ serie omnia legenda fuerunt. Absurditati vitandæ delectus adhibendus fuit, quo adhibito non potuit non probari versio illa, ac sane typographi Amsterodamenses non multo post illam nec sine fructu recuderunt.

Exortus est interim ille quem diximus *Nathanael Dhuez* qui quum in Editionem nostram incidisset, hominis Galli ac in literis innutriti versionem interpolare ausus est. quo id tamen impune posset se aliud Ianuæ exēplar longe auctius & a Magistro nescio quo

Schneidero

*Schneidero* Professore Lipsiensi bis mille, si Deo placet, vocabulis locupletatum, ac proinde quod novæ versionis indigeret, nactum esse professus, e bonâ satis, ut ille ait, versione pessimâ nobis edolavit, ac *I. Amosi Comenij* opus fœdissimè cõspurcavit. Vocũ repetitionem inutilé ac superfluã studiosè vitaverat *Comenius*, & ab ijs religiosè abstinuerat quæ derivationum legibus cognitis ipsa per se satis agnoscũtur, utilium ac necessariorũ nihil ferè omiserat, si quid tamen omisisset, emendaturum se pollicebatur. Non opus ergo fuerat

Κ[illegible] ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο

in alieno labore ingenium ostentare velle, sed quid facias. Ita plerique sunt comparati ut vitam sibi acerbam putent nisi vel aliquid nigrarum chartis male peritiaris illeverint, vel alienum laborem interpolaverint. In hoc numero reponas licet *Iohannem Docemium* qui bis mille vocabulis Ianuam hanc interpolare seu potius fœdare primus cœpit, ut ex Editione illa videre est quæ *Hamburgi* apud *Iacobum Rebenlinũ* prodiit anno 16,8. Hujus *Docemij* quædam, quum in Schneideri manus sed nondũ in ordinem digesta, venissent operæ pretiũ se facturum arbitratus est, si tam rarũ thesaurũ sibi adscriberet & cũ *Nathanaelo Duez* cõmunicaret, sed quæ apud *Docemium* utcunque tolerari possunt, hic tã male & absque judicio inserta sunt ut nauseã moveant: adde quod Editionis nostræ Synonymis Gallicis ad editionem suam Latinam augẽdã sæpius abusus esse lectori cordato facile pateat. Vel barbara sunt, vel superflua vel inepte repetita vel inutilia fere ab illis addita. Cui enim bono tot herbarum, tot arborum, tot technicarum vocum, tot pharmacorum ex officinis barbaræ appellationes? Adde quod *Comenij* ordinem ut tam Latina editio, quàm Gallica versio

novæ viderentur frequenter juxta ac insulsè inverterint, perverterintque, sed in rem ascendamus & uno alterove exemplo fidem rei faciamus. Pepones & melones quos auctor inter olera seu herbas retulerat commate 125. illi inter fructus arborum commate 123. reposuerunt; sed hæc suo loco ut pleraque alia estimuimus. Periodos 313, 314, 315 & 316, conferat lector cum editione *Comeniana*, addita, detracta, transposita mirabitur, ubi scripserat *Comenius*. *Lepra*, *Erysipelas*, *varioli*, *morbilli* & *exanthemata*, *boa*, *pustula*, *papula*, illi ne nihil agerent ita mutarunt, *Erysipelas*, *lepra papula seu varioli*, *morbilli*, *exanthemata seu boa*, *pustula* &c. Absque egregia illa transpositione esset, non potuit utique versio nova videri. Periodo 314. duas has voculas intruserant *Contagiosa inficit*, quum tamen apud Comenium haberentur periodo 316. *Contactu inficiunt*, *ideo cōtagiosi fiunt*. actum itaque quum hic agerent, duo illa vocabula malum pedem illuc unde tulerant referre jussimus. Commate 3 . vocem *siderationis* exterminarunt, cui patria restituenda fuerat, ni obstitisset oblivio. Ejusmodi & prætermissionibus & transpositionibus totus scatet liber, imo versiculos integros transposuerunt, unum in duos dispescuerunt, duos in unum combinarunt, & alia id genus ἴσα κόνις. Sed multis tamen & egregijs vocabulis, inquies, linguam ditarunt. Hoc volebam. Præter illa quæ supra memoravimus quædam rancida & obsoleta, Græca, technica, barbara addiderunt. Consule periodos 794. 795. miraberis additorum stoliditatem. Periodo 777. vocem *Crembalum* putant putant Græcam & de cujus significatione præterea litigatur, & periodo 402. *Crimnum* vocem itidem Græcam tanquam Latinas insuluerunt. In barbaris parci non fuerunt §. 519. Imperator

ſator ſeu *Generalis* §. 731. Rama, pro eo quod dicimus Gallicè *une Rame de papier* §. 416. Oxygala eſt acris, colaſtra non §. 519. ſerta & *Corallia* §. 545. *Ardoſia* & alia id genus verborum portenta abſque numero §. 392. occam ſeu Vrpices ferream, quum auctor ſcripſiſſet Occam (Vrpices) ferream &c. §. 856. Comenius ſcripſerat *ultro & ſuapte*, Vocem *ſuapte* non intelligentes induxerunt, & illius loco ſubſtituerunt, *ſua ſponte* §. 860. ſcripſerat Comenius, *quoad ejus fieri poteſt, abſque detrimento* Inſolens pædagogicis auribus locutio viſa eſt, reſtituerunt itaque, *quoad fieri poteſt, ejus abſque detrimento*. Rides an ringeris? §. 861. *Aeſtimy* mutant in *Valoris & æſtimationis*; non ſapiebat quippe alterum delicato illorum palato. Similes labra lactucas labra poſtulabant. §. 909. ſimultatem *rancorẽve*. Ego ut in his fœtoribus pergam, vereor ne pelvis mihi petenda ſit. Sed in Gallicis felicior forte fuit interpres? Imo ubique ſui ſimilis, & ſtatim una vel altera periodo lecta agnoſces virum quem, quum ſine dubio ærumnabili labore linguam peregrinam diſcere aggrederetur, ſuus in medio deſtituit conatus. Latina quoque reddidit Gallicis diverſum plane ſignificantibus e. gr. §. 852. luxus, *luxure* 893. Impotens, *impotent*, quod Gallice membris mutilatum ſonat quum reddendum fuerit. *Impuiſſant*. 911. Vltro citroque commeantes, *de leur bon gré & propre volonté*, quis ad hæc non ſtupeat? Onocrotalum & Nycticoracem aves plane diverſas eodem utrobique modo reddit, nempe, *Cormoran*, *Butor*, & hoc ipſo poſtremam hanc Gallicam appellationem meruit. §. 159. Gallus Cucuriens, *qui court ça & la: cucurire* idem eſſe credidit ac *currere*. quis hic riſum teneat? §. 90. Hæmatites, *Amethiſte*. En cor Zenodoti, en jecur Cratetis! §. 101. Electrum, *l'am-*

*bre*, ubi de metallis sermo est. §. 135. ligusticum *troe sne*, ubi observa illum existimasse *ligusticum* idem esse ac *ligustrum*. §. 136. verbena, *barboine*. Panaces, *panais*, quum *Panais* sit Gallis quod Latinis pastinaca. Aconitum, *Reagal*, Vinum helenites, *du vin d'h leine ou d'aluine*. Nemo adeo est infans in lingua Gallica, qui nesciat *aluine* absinthium esse; Item *bouise, presagie, la rume* & alia sexcenta auribus Gallicis ingrata æque ac incognita. Sed Italicam versionem inquies, solus concinnavit. Fateor, sed tam stolidè ac barbare ut præterquam quod versioni Gallicæ serviliter & κὰ πόδας Italicæ linguæ proprietatibus neglectis de verbo ad verbum & mordicus quidem inhæret, crassum hic & pinguem Langobardum facile agnoscas. Verum ne affectibus præpeditum ita loqui me lector existimes, operæ pretium erit uno aut altero exemplo rem tibi ob oculos exhibere §. 66. pro *fiumicello* reddidit, *fiume mezzano*. §. 81 *cespuglio* quod est cæspes usurpavit pro *zolla* quod est gleba. §. 56. in ventorum nominibus *Bisa* quod nemo Gallicum non agnoscit pro *rovaio* & §. 147. pro *ovi vitello* elegantissima metamorphosi *vitulum* nobis substituit, exoptando scilicet cõpendio illis qui rei dant operam, sed fortasse respondebit inter *vitello* & *torlo* non magnam esse differentiam, id si dixerit manus dabo vel si mavis te & Calepino recensentibus plaudam §. 187. *abbagliare* quod est proprium solis fulgore suo visum perstringentis ac tãtum non excæcantis pro *abbaiare* quod canum proprium est & baubari seu latrare significat usurpavit §. 435. *lavello* quod est sepulchrum pro *Lavatura* §. 437. piscium spinas vocavit *le ossa* quum vocare deberet *le lische*. Sed si omnia congerere animus esset, & singula exsequi vellem, me dies citius quam verba deficerent

rent & in justam libri molem hæc excrescerent. Tu mi lector confer ia tum Italica quæ nunc damus, cum Dhuezij versione, videbis quantum distent æra lupinis. Nunc enim alio nos properare oportet. Nihil in tota illa editione sani nisi quod nobis surreptum ive unt: pleraque emendari & restitui, novam versionem tum Gallicam tum Italicam adornari, synonyma omnia ex textu removeri & in marginem conjici curavimus: si quædam ex Editione illa nos desumpsisse quis conqueratur, quamvis factum negare possemus, idem nobis in labore illius licere contendimus quod ille sibi in nostro; Atque ita quidem editionem illam sic auctam tibi damus sed ineptiis crassioribus resectis, & plerisque locis in integrum restitutis. Maluissemus puram putam Comeny editionem tibi exhibere, sed nova & auctiora postulantibus nobis obtemperandum fuit, alioqui noxa præsto esset, compendio præsertim studentibus. Recusabat interpres interpolationibus hujuscemodi iniquior novam hanc versionem conficere, sed tandem precibus & efflagitationibus nostris victus, manus dedit, eamque ita concinnavit ut & quæ perperam in prima editione prodierant hic emendarit, & institutum illud suum de Gallicæ linguæ januâ conficiendi multum promoverit, synonyma enim longe plura quam antea congessit & vocabulis Gallicis innumeris postremam hanc versionem ditavit. Non omnia quidem singulis locis apta credidit, sed nihilominus sibi adscribenda censuit, quia vocibus Latinis quæ in textu habentur, si non illic, saltem alibi interdum respondent, quod Gallicæ linguæ studiosos scire interest, quibus varias vocum significationes notas esse oportet: quo interpres noster semper collimavit, an assecutus sit tuum

esto lector Iudicium. Illud unum monebo tam alienum illum esse ab ullius gloriolæ aucupio ut non solum opus suum nulli dicatum, sed ne nomen quidem huic versioni appositum voluerit, longe aliud sentiens ab illis qui alienum laborem pro suo obtrudentes viris principibus dedicant. Ille quanquam justas querendi caussas hic haberet omnia tamen flocci fecit, id sibi negotij credens solum dari tibi ut placeant quæ in gratiam tuam, Lector, elucubravit: quod si feceris & mihi & illi animum addes ut majora audeamus, & pro se quisque utilitati tuæ in posterum consulamus. Ex Typographeio nostro Calendis Decembribus 1645.

# AD LECTORES eruditos.

*COGNITUM Scholis non satis fuisse verum & genuinum linguas tradendi modum hactenus, res ipsa loquitur. Consenescebant plerique, qui se dediderant literis, circa vocabula: soli Latinæ linguæ decem & plures anni tribuebantur; imo tota ætas, tardissimo eoque exili, & opera pretium non refundente profectu. Questi id sunt jam pridem viri magni, Vives, Erasmus, Sturmius, Frischlinus, Dornavius, alij; quorum satis luculenta de ea re prostant querelæ, non item radicitùs malum tollentia remedia. Ideò excellentiora ingenia Scaligerorum, Lipsiorum, &c. vulgari illa infeliciter trita via relicta, per devios quosdam, directiores tamen*

*men*

*mentramites, ad linguarum & scientiarum fastigia feliciter emerserunt. Verum enimverò pauci illi vestigia sua, quà sequenda essent, demonstrarunt: nec cujusvis est, propria indagine iisdem attentare, aut (quod ajunt) nare sine cortice. Quo factum, ut schola ataxias suas (quicquid seculi felicitatem & literarum lucem jactarint) majori ex parte retinuerint hactenus.*

*Distinebatur nimirum, immò distendebatur juventus praeceptionibus Grammaticis infinitè prolixis, perplexis, obscuris, majorem partem inutilibus, annis aliquot; haec prima crux. Tum per eosdem annos effarciebatur vocabulis rerum sine rebus; id est, nec res vocibus illis exprimendae (quo facilior, firmior, & evidentior cum utilitate impressio fieret) monstrabantur; nec vocum junctura, cujusvis linguae propria, ostendebatur: manifesto utrinque errore. Voces enim quia rerum signa sunt, his ignoratis quid significabunt? Noverit puer millies millena vocabula recitare; si rebus applicare non novit, quem apparatus iste usum habiturus est? è solis etiam separatis vocabulis orationem exsurgere posse qui sperat, idem speret arenam in manipulos colligari posse, aut e caemento murum erigi absque calce. E Vocabulariis igitur & Dictionariis Latinae linguae studium nimis est impeditum. Sed mederi animadversis incommodis putantur authores boni, magnorum virorum consilio in scholas introducti; Terentius, Plautus, Cicero, Virgilius, Horatius &c. tum quia cum linguae cognitione, variarum simul rerum notitia inde acquiritur; tum quia castissima Romani sermonis puritas ex antiquis illis scriptoribus, tanquam ex vivo fonte securissimè hauriri possit.*

*At verò institutum hoc ut plausibile, ita maximè incommodum est. Primò enim tot authores, quot requiruntur, comparare non cujusvis fortuna permittit. Deinde ad horum authorum (plerumque sublimiora quam pro pue-*

*vitia captu, & à nostro usu aliena tractantium) tam vasta volumina jam nunc in digerere, est cymbam exiguo latere cupientem lacu, in oceanum vastum, vel aeternum jactandam erroribus vel absorbendam fluctibus vel certe sine ullo fructu reddendam littori, propellere. Ad hac si maximè quis omnes istos perrevolvet, reperiet tamen, se finem suum (sufficientem videlicet linguae cognitionem) non assequuturum: quia authores illi materias omnes non tractarunt: & si tractassent omnes illorum temporum, nostras tamen nec tractare, nec nôsse poterant: ut necessario tandem alij plures, antiqui & recentiores, rei nimirum barbaricae, metallicae, rusticae, militaris, architectonicae &c. scriptores (quos in suae Nomenclaturae praefatione recenset Frischlinus) adjungendi, legendi & relegendi forent: quibus certè evolvendis non facilè reperiretur finis. Denique si quis linguae discendae gratia decem transmittat annos, ecquando ad realia veniet? Quando interiori philosophiae cognitione imbuet animum? Quando in Sacrosancta Theologia adyta penetrabit? vel Medicorum arcana perlustrabit? vel Iuris totam volumina evolvet? quando ad fines studiorum perveniet? & quod majus, quando tam anxie quaesitae eruditionis praxin, in Ecclesia & Republica bonum exercebit? Certè vel (propter hujus vitae brevitatem) nunquam, vel serò admodum; sentietque vitam praeparationibus vitae consumtam esse.*

*Omnium itaque votis optandum erat, epitomen aliquam linguae totius ita construi, ut omnes quotquot habet voces & phrases, in unum redactae corpus, brevi temporis spatio, laborique exiguo perceptae facilem, jucundum, tutum ad reales authores transitum praestent. Verè enim D. Isaacus Habrecht scripsit: (sed quod minus prudenter quidam ad Dictionaria trahunt) Quemadmodum, inquit, multo facilius esset visu dignoscere omnia animalia, visitando arcam Noë, continentem ex omni genere bina selecta, quam pera-*

grando

*grando totum terrarum orbem, donec casu in aliquod animal quod incidisset: eadem proportione multo facilius omnia vocabula addiscentur ex Epitome linguae, in qua fundamentaliter omnia continentur quam vagando, loquendo, legendo, donec casu in ea vocabula quis incidat.*

*Animadvertit id paucis abhinc annis, e Jesuitis nonnemo, qui uno fasce complexus linguam Latinam totam, vulgavit (sub titulo Collegii Hibernici Salamancae Hispaniarum) Ianuam Linguarum Latine & Hispanice: universe sententiarum duodecim centuriis comprehensam; in quibus sunt omnia usitatiora Latinae linguae vocabula, eoque modo dislocata, ut nullum eorum (exceptis particulis sum, ex, in, &c.) semel positum recurrat; unumquodque tamen in debita constructione & phrasi decora audiatur.*

*Haec inventio quum primum Anglis visa fuit, approbata, commendata, & loquela Anglicana aucta, atque anno 16[illegible] divulgata fuit. Quam biennio post D. Isaacus Habrecht Argentinensis Graecae & Gallicae linguae adjectione auxit, & ibidem quadrilinguem edidit: in Germaniamque versionem Germanicam quoque adjunxit versionem, tanquam linguas docendi & discendi rationem commendans Compendiosissimam, utilissimam, & nunquam satis laudandam appellans. Cujus rei suffragatores facile reperit multos: nam typis variis Germaniae locis edita est, & distracta avide, & in scholas quasdam non incelebres introducta, & anno [illegible] octolinguis luci exposita.*

*Haec cum ad meas quoque venisset manus, avide & ingenti cum voluptate semel & iterum perlegi, impense juventuti gratulans, quod certiora in dies imbecillitatis subsidia divino munere concedantur. Verum paulo post attentius eam cum scopo suo conferens, dubitare coepi, num praestaret quod promittit; itaque accuratiore cum judicio lectioneque deprehendi jure suum tueri non posse: quod vere*

& absque invidia dici inde palam faciam, quod Ianua non
præstet usum. Ianua enim domus annon foras advenientes
intromittit? Ita sanè. Hæc autem patrum Hibernorum
Ianua tyronibus in Latinitatem aliunde introducendis
aut parum, aut nihil confert. Triplici id evincitur ratione.
Primò enim nonnulla vocum pars, quas quotidianus re-
quirit usus, hic desideratur: è contrà in ea contenta multa, tyro-
num captum & usum excedentia, depromuntur. Quam ob
causam rectè nonnulli judicant, Iesuiticam hanc Ianuam
non tam ad instituendos linguarum tyrones, quam ad explo-
randos aliquousque progressorum, inprimis autem sciolo-
rum in Latina lingua profectus, adhiberi posse. Istac vero
ratione non Ianuæ, sed postici obtineat nomen. Alterum
desidero, quod cum singulæ voces non nisi semel ponantur,
etiam polysema & homonyma (quarum Latina lingua be-
ne multitum habet, ut & idiomata cætera) non nisi semel.
Quomodo igitur ab hac linguarum Ianua in authorum le-
ctionem mittetur (is enim januæ scopus) Latinitatis tyro,
qui tot vocum alias atque alias significationes ignorabit?
Et vero (quod tertiò, & quidem potissimum desidero) po-
suisset saltem unamquamque vocem in principali, id est,
primo, simplici, nativoque suo significatu; reliqua inde sa-
gax ingenium odoraretur faciliùs. Factū autem id non est.
Pleraq; voces translatæ usurpatur, Metaphoricè, Metony-
mice, aut Synecdochice: ut potè cum sententiarū elegantiam
plerubique captarit autor. Taceo multarum sententiarū
informitatem quæ neque moribus, neque constructioni ullum
præbent usum; imo sensum nullum habent, ut ipsa verba, quo-
modo inter se convenerint, mirarique. Exempli gratia
360. artifice compedes impinguntur suæ. 6[illegible]. Vadem in er-
gastulo clam confictum compere, 733. Occasus dominij atti-
git limen 953. has dictionum telas posthumus nevit. &c.

Sed quia patres isti tale hoc totum linguæ compendium

primà

*primi tentarunt, quod inventum est gratè agnoscimus quod erratum condonamus benignè. Et quia inventis addere, ut & unius inventi occasione invenire aliud non æquè difficile, quidni aliud plus ultra moliamur? Suaserunt id certè doctissimi quidam, & de scholis perquam meriti viri, ut si quibus foret plus otii suppeteret, aliquid accuratius effingendi non detrectarent laborem: sed admovisse aliquem manum nondum constat. Quò factum ut ego, è postremis licet minimus, experiri, & quod ibi desiderabam suppletum ire, animum induxerim: non certè ullâ ingenii aut eruditionis (cujus mihi umbram vix esse, & ultro agnosco & deploro) fiducia, nec quod nimis otio abundarem, sed unico juventutis commoda promovendi desiderio permotus. Quid autem hîc vel præstiterim, vel præstare voluerim, silentio prætereundum non est, sed ut tyronum informationi, ita eruditorum censuræ exponendum.*

*Principio quia mihi inter immotas didacticæ leges hæc est, ut intellectus & lingua parallelè decurrant semper, & quantum quis rerum apprehendit, tantum eloqui cõsuescat, (nam qui intelligit, quod exprimere nequit, a muta statua quid differt: dare autem sine mente sonos psittacorum est) necessario faciendum putavi ut rerum ipsa universitas per classes certas, ad pueritiæ captum digereretur, eoque modo id quod sermone exprimendum est (res ipsa) imaginativæ parti primum imprimeretur. Factum itaque est, & enati sunt mihi centum communissimi rerum tituli.*

*Proxima inde cura fuit, evolvendo lexica usitatiora seligere & ad exprimendas res, quibus significandis vel primum inventa, vel post adhibita fuerunt, ita dirigere, ut nihil necessarii omitteretur, nihil nisi suo loco quærendum relinqueretur. Redacta igitur sunt circiter 8000. vocabula in periodos mille; quas primum breviores, & non nisi unimembres, post longiores & plurimembres formavi.*

*Quia verò Ciceronis testimonio didicimus, multum rè ferre pueros a primis statim annis ad proprietate vocabulorum assuefi. ri: propria autem vocabula sint, (ut Augustinus lib. 2. de doctr. c. 10 inquit) cum his ipsis rebus significandis adhibentur, propter quæ inventa sunt anxie prorsus in id elaboratum est, ut pro primo puerorum conceptu, omnes voces proprio & nativo suo significatu exstarent; exceptis paucis, quæ vel proprium amisiss usum deprehenduntur, vel propria Latina, quibus vernacula exprimerentur (ad hanc enim respectus fuit perpetuus) deerant.*

*His positis malis, juxta & Hibernorum sequutus Ianuam, non nisi semel quamlibet posui vocem, Homonymis exceptis, quorum si diversa significatio exprimenda fuit, diversis locis, in diversa nempe materia, repetenda fuerũt. De connexivis particulis, &, sed, quia, &c. nemo spero litem movebit.*

*Synonyma & contraria plerumque juxta invicem posui, atque ita coordinavi, ut alterum alterius genuinum recludat sensum. Eorum tamen Synonymorum, quæ eandem prorsus rem significant, nec vernacule nisi una voce redduntur, alterum aliquando parenthesi inclusum apposui. Et ut Grammatica quoque subsidium haberet, ita vocum connexionem institui, ut non solum Syntactica constructio, sicubi a vernacula recedit, sed & etymologicum aliquod accidens (genus, declinatio, conjugatio, &c.) innuatur. Exempli gratiâ è periodo 169 (halecês salitas nobis afferunt) facilè puer halecem generis fœminini esse meminerit. E periodo 420 (quis iis vescatur) vesci non accusativo, sed ablativo jungi, observabit, &c.*

*Vernaculam Latinæ ita aptavi, ut non solum utrinque omnia themata, cum potioribus derivatis & compositis, nativo sensu exstarent: sed & exsurgentes inde tropi postmodum, veluti face adhibita, ultro queant intelligi. Inde-*

*culam*

tulam vocum, ut patres Hiberni fecerũt, non adjunximus (quamvis ad manum sit) quia non adeo interesse putavimus: si usus poscet, fiet. Alia nempe nos, grandioris operæ & majoris usus molimur: Lexicon Etymologicum, quod appellationum omnium rationes reddat, tum origines ipsorum thematum sive ex Latinis, sive ex Græcis Hebraicisque fontibus, detegendo, tum derivatorum seriem, nova, succincta facilique ratione ob oculos pandendo.

Addituri quoque phraseologiam brevem & accuratam; tractatum item de homonymis, paronymis & synonymis utilissimum: & denique Grammaticam, ad compendiosam facilitatem, certamque praxin, ex veris naturalis didacticæ legibus concinnatam: adeoque didacticæ ipsius, pro docentibus & discentibus synopsin: quæ omnia uno comprehensa volumine, thesaurum quendam primæ scholasticæ eruditionis repræsentare possunt.

Habituri itaque videmur Ianuam Linguarum, solidis rerum ipsarum postibus bene firmatam, volubilibus Lexici cardinibus expedite apertilem, præsentanea Grammaticæ clave prompte reserabilem; tandem inquam, habituri, quam adhuc non ab excellentioribus ingeniis consummatius aliquid subministratum fuerit. De quo ut nihil dubitem, faciunt, non tam Glaumy & Glaumianorum magnifica illa, orbi nota, promissa, (de quibus re ipsa nihil dum constat) quam fervidus ille multorum in eruendis didacticæ fundamentis ardor & æmulatio. Quin imo ipse jam exquisitiora his video: quia tamen in iis concinnandis totum prope triennium (quis facile credat tantillam operellam tanti constitisse?) consumptum est, nec demoliendis funditus & cõstruendis ab integro otium suppetit, ea quæ jam adornata sunt facile luci exponere placuit: si non alia spe, certe ut aliquis uberiore ingenio & doctrina instructus, vel ab his nostris etiam accepto stimulo plus aliquid audeat. Novum

itaque iterum tentâsse vadum, novam fregisse glaciem, satis esto.

*Visum autem est seminarii potius insignire nomine opellam hanc, quia rerum & sermonis par hic cura illudque enixe quaesitum, ut & confusum rerum chaos distinctionis, aliquam lucem in sapientiae tyronum oculis nanciscatur, & vocum phrasiumque infinitae congeriei certae substernantur radices; eoque modo primi & fundamentales totius eruditionis, morum atque pietatis formentur conceptus. Hic enim quam, scopus fuit, quem attigisse tantum abest ut glorier, ut primus etiam defectus agnoscam & confitear. Veniae autem apud cordatos spem facit Horatius, operi in magno (etiam parvo minutiarum pleno) fas esse obrepere somnum, autumans. Et vero quid unquam simul effloruit & maturuit? Qua de causa Typographos rogatos & monitos volo, ne si cui recudere libellum allubescat, id authore inconsulto praesumat: futurum enim spero, ut limatius reddatur propediem opusculum, adjunctisque illis, quae innui, nitidius prodeat. Interim utinam aliquis eximie doctus, Latinaeque linguae potens, exorari queat, ut hac eadem vel simili methodo, eadem materias plenius, pertractare, classicorumque authorum phrasibus non jam amplius proprie solum, sed eleganter in super & nervose omnia eloqui, docere velit! Ita fieret, ut amoenissimum universitatis rerum, puraeque Latinitatis viridarium, collectumque praeciosissima scholasticae eruditionis thesaurum, juventus studiosa haberet. Faxit Deus ut omnes audeamus aliquid publici boni zelo! Scribebam in exilio, 4 Martij, Anno* CIↃ IↃ CXXXI.

IOH. A. COMENIUS.

# TITVLORVM HVIVS

Ianuæ digestio, Deren titteln dieses Buchs ordnung/ L'ordre des titres de cette porte.


I. INtroitus, der eingang/ l'entrée. Periodo 1

II. De ortu & creatione mundi, vom vrsprung vnd erschaffung der welt/ de l'origine & creation du monde, 18

III. De elementis, von den elementen/ des elements 23

IV. De firmamento, von der feste des himmels/ du firmament 31

V. De igne, vom fewr/ du feu. 44

VI. De meteoris, von den dingen so oben in der lufft geschehen/ des meteores 8

VII. De aquis, von den wassern/ des eaux, 6[illegible]

VIII. De terra, von der erden/ de la terre. 7[illegible]

IX. De lapidibus, von steinen/ des pierres, 82

X. De metallis, von metallen/ des metaux, 94

XI. De arboribus & fructibus, von bäumen vnd früchten/ des arbres & des fruicts. 105

XII. De herbis, von kräutern/ des herbes. 125

XIII. De fruticibus, von stauden vnd standen/ des arbrisseaux. 138

XIV. De animalibus & primò de avibus, von thieren/ vnd erstlich von vögeln/ des animaux & premierement des oiseaux, 142

XV. De aquatilibus, von wasserthieren/ des aquatiles ou animaux qui vivent en l'eau, 163

XVI. De jumentis, von last vnd grossem vieh/ des bestes de somme & de voicture, des sommiers, 174

XVII. De feris, von wilden thieren/ des bestes sauvages. [illegible]9

XVIII. De amphibiis & reptilibus, von denen beides im wasser vnd auff dem land lebenden thieren/ vnd von kriechenden/ des amphibies ou bestes qui vivent en la terre & en l'eau, & des reptiles, 212

XIX. De insectis, vom vngeziefer/ des insectes. 2[illegible]7

XX. De homine, vom menschen/ de l'homme, 227

XXI. De corpore & primum de membris externis, vom leib/ vnd anfänglich von eusserlichen gliedmassen/ du corps & pre-

miorement des membres exterieurs 240
XXI De membris internis, von den innerlichen gliedern / des membres du dedans ou internes, 266
XXII De accidentibus corporis, von den zufällen des leibs / des accidens du corps, 278
XXIV. De morbis von kranckheiten / des maladies. 292
XXV. De ulceribus & vulneribus, von geschwähren vnd wunden des ulceres & des playes, 315
XXVI. De sensibus externis von eusserlichen sinnen / des sens exterieurs 328
XXVII. De sensibus internis, von innerlichen sinnen / des sens interieurs, 340
XXVIII. De mente, vom gemüth oder verstand / de l'esprit ou de l'entendement. 353
XXIX. De voluntate & affectibus, von den willen vnd dessen bewegungen / de la volonté & des affections, 360
XXX De mechanicis in genere. von handwercken ins gemein / des arts mechaniques & manuels en general. 377
XXXI De hortorum cultura, vom gartengebäw / de la culture ou labourage des jardins. 379
XXXII De agricultura vom feldbaw / du labourage. 385
XXXIII De molitura, von der müllerey / de la moulture 401
XXXIV De panificio, vom brodbacken / de la paneterie ou boulengerie. 406
XXXV De pecuaria, von der viehezucht / de la maniere de nourrir & gouverner le bestail 410
XXXVI De lanionia von fleischer hädwerck / de la boucherie. 4 1
XXXVII. De venatura, von der jägerey / de la chasse. 424
XXXVIII. De piscatione, von der fischerey de la pesche. 428
XXXIX De aucupio, vom vogelfang / de l'oiselerie, ou chasse aux oiseaux. 294
XL De coquinaria, von der kochkunst / de la cuisinerie 432
XLI De pomlentorum paratura, von bereitung des getränckes / de l'apprest des breuvages. 440
XLII De aurigatione, vom fuhrwerck, du charroy ou charriage. 450
XLIII. De navicularia von der schiffart de la navigation 463
XLIV. De itineribus, von den reysen / des voyages. 476
XLV De mercatura, von der kauffmanschafft / de la marchandise. 490
XLVI. De vestiariis opificiis, von den kleiderhandwercken / des mestiers

mestiers qui concern.nt les habits ou vestements 497
XLVII De vestituum generibus, von arten der kleider/ de diverses sortes d habits. 509
XLVIII. De fabrilibus artificiis, von den bawhandwercken/ des artifices ou mestiers de forge ou bastiment. 522
XLIX. De domo ejusque partibus, vom hauß/ de la maison & de ses parties, 540
L. De hypocausto, von der stuben du poesle. 549
LI. De cœnaculo, von der speißstub/de la sale ou du lieu où on prend la refection. 553
LII. De cubiculo cum pertinentibus, von der schlaffkammer mit ihrer zugehör/ de la chambre où l'on se couche avec ses appartenances. 570
LIII De balneo & munditie, vom bade und der reinigkeit/ du baing & de la netteté. 578
LIV De conjugio & affinitate, vom ehestand und der schwagerschafft du mariage & de l'affinité ou alliance. 588
LV. De puerperio, von der kindergeburt/ de l'enfantement ou accouchement des femmes. 595
LVI. De cognatione, von der blutfreundschafft/ du parentage ou cousinage, [illegible] 601
LVII De œconomia, von der haußhaltung/ du mesnage & œconomie 608
LVIII. De urbe, von der statt/ de la ville. 613
LIX. De templo von der kirchen/du temple ou de l'Eglise. 629
LX De ecclesia, von der Christlichen gemein/ de l'eglise ou assemblée chrestienne. 637
LXI De Ethnicorum Judæorumque superstitionibus, von der [illegible] und Juden aberglaub des superstitions des Payens & des Juifs. 641
LXII De curia, vō rahthauß/dé la cour ou maison de ville. 649
LXIII De judiciis von d[illegible] des jugemens 656
LXIV De maleficis & suppliciis, von ubelthätern und leibsstraffen/ des malfaicteurs & des supplices. 667
LXV. De statu Regio von Königlichen stand/de l'estat Royal, 6 3
LXVI. De regno & regione, vom Konigreich und der landschafft du royaume & du pays. 689
LXVII De pace & bello, vom fried und krieg/ de la paix & de la guerre. 690
LXVIII. De schola & institutione, von der schul und under

weisung/de l'eschole & de l'instruction ou enseignemẽt, 724
LXIX. De Musæo, von der studierstub/ de l'estude ou du cabinet 738
LXX. De Grammatica, võ der sprachkunst de la Grãmaire, 747
LXXI. De Dialectica, von der vnderred oder disputierkunst/ de la Dialectique. 749
LXXII. De Rhetorica & Poësi, von der redkunst vnd Poeterey/ de la Rhetorique & Poësie. 751
LXXIII. De Arithmetica, von der rechenkunst/ de l'Arithmetique. 755
LXXIV. De Geometria, von der Erdmessenkunst/ de la Geometrie 757
LXXV. De mensuris & ponderibus, von maassen vnd gewichten/ des mesures & des poids. 762
LXXVI. De optica & pictura, von der sehekunst vnd mahlerey/ de la perspective & de la peinture. 769
LXXVII. De Musica, von der singkunst/ de la Musique. 773
LXXVIII. De Astronomia, von der Sternkunst/ de l'Astronomie. 778
LXXIX. De Geographia, von der erdbodems beschreibung/ de la Geographie. 782
LXXX. De Historia, von der History/ de l'Histoire. 784
LXXXI. De Medecina, von der Artzney kunst/ de la Medecine. 787
LXXXII. De Ethica in genere, von der lehre der sitten ins gemein/ de l'Ethique ou philosophie morale en general, 796
LXXXIII. De prudentia, von der klugheit/ de la prudence. 802
LXXXIV. De temperantia, von der mässigkeit/ de l'attrempance ou temperance 818
LXXXV. De castitate, von der keuschheit/ de la chasteté. 825
LXXXVI. De modestia, von der zũchtigkeit/ de la modestie. 830
LXXXVII. De autarkeia, von der begnüglichkeit/ du contentement. 846
LXXXVIII. De Iustitia, primò commutativa, von der gerechtigkeit ersstlich so in handel vnd wandel bestehet/ de la Iustice, & premierement de celle qui consiste au commerce & trafic. 855
LXXXIX. De Iustitia distributiva, von der gerechtigkeit die im außtheilen bestehet/ de la Iustice distributive. 869
XC. De fortitudine, von der tapfferkeit/ de la force ou vaillance. 882
XCI. Do

XCI. De patientia, von der gedult / de la patience. 889
XCII. De constãtia, von der beständigkeit / de la constance. 897
XCIII. De amicitia & humanitate, von der freundschafft vnd freundlichkeit / de l'amitié & de l'humanité 901
XCIV. De candore, von der auffrichtigkeit / de la candeur 918
XCV. De conversatione erudita, von der gelehrten gesellschafft / d'une docte conversation 929
XCVI. De ludicris, von kurtzweiligen spielen / des jeux & esbatements. 939
XCVII. De morte & sepultura, vom todt vnd der begräbnüß / de la mort & de la sepulture. 956
XCVIII. De Providentia Dei, von Gottes vorsehung / de la Providence de Dieu. 965
XCIX. De Angelis, von Engeln / des Anges. 978
C. Clausula, der beschluß / la conclusion. 991

# IANVA LINGVARVM RESERATA.

# LA PORTE DES LANGVES OVVERTE.

# DIE EROFFNETE (ODER auffgeschlossene) sprachen Thür.

## I. Der Eingang.

1 Sey gegrüsset / günstiger Leser 2. So du fragest : Was da sey gelehrt seyn? So habe zur Antwort : Es sey der Sachē unterschied wissen / und ein jedwedes mit seinē Namen nennen können. 3. Nichts denn mehr? Nichts warlich. 4 Der hat aller geschicklichkeit grūd geleget welcher die Namennenung der natur und Kunst fertig gelernet hat. 5. Ac

## 1. Introitus.

1 SALVE Lector amice. 2. Si rogas, quid sit eruditum esse? responsum habe; Nosse Rerum differentias, & posse vnūquodque suo designare nomine. 3. Nihílne prætere? Nil certè quidquā. 4. Totius eruditionis posuit fundamēta, qui Nomēclaturā naturæ & Artis perdidicit. 5. Sed id difficile forsan?

## I. L'Entrée.

1 DIEV te gard amy Lecteur. 2. Si tu demandes que c'est que d'estre sçauant? ayes pour responce que c'est de cognoistre les differences des choses, & de pouuoir nommer & designer chasque chose par son nom. 3. N'est-ce rien d'auãtage plus? Certes rien du tout. 4. Cestuy-là a posé les fondemēts de tout sçauoir & de toute erudition qui a parfaictement appris à nōmer toutes choses & naturelles & artificielles, la nomēclature

de la nature & de l'art. 5. Mais peut estre que cela est fort

*difficile & mal-aisé* 6. *Ouy il est difficile, si tu le fais mal-gré toy,* contre ton gré, *ou si tu t'espouuantes toy mesme par quelque presage*, & es preoccupé de quelque autre opinion. 7. *Finalement s'il y a quelque chose d'aspre, de rude, de difficile, ce ne sera qu'au commencement.* 8. *Les traicts des lettres ne semblent-ils pas de prim abord*, à la premiere veuë, *estranges & admirables*, des miracles & prodiges, *aux petits enfants.* 9. *Mais apres qu'ils y ont employé*, pris, *un peu de peine ils recognoissent*, ils remarquẽt, ils prennent garde, *que ce n'est qu'un jeu.* 10. *Il en arriue de mesmes en toutes choses, qu'elles apparoissent laborieuses*, penibles, *à les regarder exterieuremẽt*, au regard externe. 11. *Mais si tu y mets la main & les entreprens, il n'y a rien qui ne cede & qui ne se sousmette a l'entendement*, à l'esprit. 12. *Celui qui est porté de desir*, qui desire, *comprend & embrasse tout.* 13. *Or sus donques qui que tu sois, je te commande de bien esperer & te defends de desesperer.* 14. *Voila, regarde la petitesse de cest ouurage icy*, ceste petite opuscule.

6. Est, si inuitus feceris, aut præcõceptâ opinatione teipsũ terrueris. 7. Tãdem, si quid asperitatis erit, initio erit. 8. Annon & literarum ductus puellis primo intuitu mira portenta videtur? 9. Ast vbi paululum impenderint operæ, lusum esse animaduertunt. 10. Idem in omni re euenit, vt adspectu exteriore operosa appareat. 11. At si aggrederis, nihil est, quod non cedat, & se subdat ingenio. 12. Qui cupit, capit omnia. 13. Agedũ itaque quisquis es, sperare ego te iubeo, desperare veto. 14. En vide exiguũ hoc

der das ist vieleicht schwehr? 6. Ja es ist also wenn du es vnwillig thun /, oder mit vorgefasseter Einbildung dich selbsten schrecken wirst 7. Endlich / so was schwer (harte) seyn wird / wirds anfänglich sein 8. Scheinen nicht auch die züge der buchstaben den kleinen kindern im ersten Anblick seltzame wunder zu seyn? 9. Aber / weñ sie ein wenig fleiß angewendet haben / mercken sie / daß es nur ein spiel sey. 10. Eben dieses begibt sich auch in allen dingen / daß sie / dem eusserlichen ansehen nach / mühsam erscheinen. 11. So du es aber angreiffest / ist nichts / das nicht nachgebe / vnd sich dem verstand vnterwerffe. 12. Werbegierig ist / der fasset alles. 13. Wolan derhalben / wer du auch bist / sey guter hoffnung / sage ich dir vnd verzweiffele nicht. 14. Siehe da schawe dieses kurtze Bü-

chlein

chlein. 15 Denn doch/wil ich dir hie als in einem kurtzẽ begrieff die gantze welt vnd die Lateinische Sprache zeigen. 16. Lieber versuche es schlage es auff/ vnd lerne diese wenig Bletter außwendig 17. Wirstu das gethan haben/so wirst du in der that selbst befinden / das zu allen freyen künsten dir die Augen eröffnet seyn.

opusculo 15. Hic tamen vniuersum mundum, Latinámque Linguã, (velut in breuiario,) ostendam. 16. Tenta quæso;euolue & edisce aliquot has pagellas! 17. Facto hoc, oculatum te ad omnia humanitatis studia reipsâ comperies.

15. *Toutesfois ie t'y monstreray comme dãs vn abrege*, sommaire, raccourci, *le monde vniuersel, & toute la lãgue Latine*. 16. *Fais en l'essay*, essaye-le, *se te prie, fueillette-le*, desploye-le, *& apprés par cœur ce peu de pages que voicy*. 17. *Cela fait, tu trouueras en effect que tu seras clair voyant*, que tu auras les yeux ouuerts, *en tous estudes d'humanité*.

# II. DE ORTV MVNDI.

## II. De l'origine du monde.

## II. Von vrsprung der Welt.

18. Gott hat alles auß nichts geschaffen 19. Den erstlich hat er den vngeheuren weiten Raũ/ (da itzt Himmel / vnd die Erde stehet) außgespannet: 20. vnd hat denselben mit einer dückeln vñ vngestalten finsternis gefüllet. 21. Auß welcher er / gleich wie auß einer Materien/ die leiblichẽ Geschöpfe / die vns gestalt vns erschie-

18. Deus omnia creauit ex nihilo. 19. Principio enim expãdit vastissimũ spatium, (vbi cœlum & terra existunt.) 20. Et compleuit id tenebricosâ quadam, & informi caligine 21. Ex quâ, tãquam materia, figurauit creaturas corporeas, distinctas formis, & vestitas Accidentibus va-

18. *Dieu a creé toutes choses de rien*. 19. *Car premierement il a estendu vn tres-vaste & tres-ample espace, la ou sont a present le ciel & la terre*. 20. *Et l'a rempli d'vne certaine obscurité tenebreuse & sans forme*. 21. *De laquelle comme d'vne matiere il a formé & figuré les creatures corporelles, distinguees par leurs formes & reuestues de diuers accidents selon*

*qu'il en auoit conceu l'idée & l'exemplaire de chascune en soy-mesme. 22. Et il a empreint,* inseré, *en chascune sa nature, c'est à dire vne force & faculté de garder & retenir*, obserner, *le lieu qui luy est aßigné, sa maniere & son genre*, son espece.

tiis, pro vt cuiusque Ideam intra se conceperat: 22. Implantauitque cuiq; Naturam suam, id est, Vim obseruandi assignatum locũ, modum, genúsqs suum.

den/ vnd mit mancherley zufällenbekleidet seyn / gebildet/nach dem er eines jeglichen Dinges Muster bey sich zuvorbedacht hatte: 22. vnd hat einem jeglichen seine Natur / das ist/ die Krafft / vnd Vermögen / sein zugeeignetes Ort seine Art vnd Geschlecht zu halten/ ein gepflanzet.

## *III. DE ELEMENTIS.*

### III. Des Elements.

### III. Von den Elementen.

23. *Mais auãt toutes choses il a separé ce confus Chaos*, ceste masse confuse, ou ce meslinge, *en quatre especes, selon les degrés de densité*, d'espaisseur, *& de rareté. 24. Et a fait la partie la plus tenue*, mince, *& subtile, chaude & lumineuse; & l'a appelée, le feu ou la lumiere. 25 Et de l'autre derechef, qui est rare, transparente & tiede, il a dit qu'elle seroit appelée l'air. 26. La troisiesme partie*, portiõ, *fluide*, coulante, *& froide a esté l'eau. 27. Sous laquel-*

23. Ante omnia vero confusũ istud Chaos, iuxtà densitatis & raritatis gradus, in quatuor species separauit. 24. Tenuissimam, subtilissimamq; partẽ fecit lucidam & calidam, & appellauit Ignem, seu Lucem. 25. Aliã iterum tenuem, pellucidam, & tepidã, dixit Aerẽ 26. Tertia portio fluida & frigida fuit, Aqua. 27. Sub quâ mã-

23. Vor allen dingen aber hat er den vermengeten Klumpffen / nach vnterschied der dicke vnd der dünne/ in vier Gattungen abgesondert 24. Das aller dünneste vnd subtileste Theil hat er hell vnd warm gemacht vnd hats fewer / oder liechtgeheissen. 25. Ein anders so auch dünne durchleuchted vnd lauchlich hat er Lufft genennet. 26. Das dritte stück ist fliessig vnd kalt gewesen/ das Wasser. 27. Vnter welchem

welchem eine dicke grundsuppe / der schlam oder die erde/geblieben. 28. Vnd diese sind die einfachen cörper/ auß welchen die zusammen gesetzen (die vermischten) herfürkommen. 29. Denn alle andere bestehen auß diesen. 30. Sintemahl sie auß ihnen gezeuget / auß ihnen ernehret / vnd wenn sie verderben / in sie wiederumb auffgelöset werden.

sit sedimentum crassum, Limus, seu Terra. 28. Atque hæc sunt simplicia corpora, ex quibus composita (mixta) exsurgunt. 29. Omnia enim reliqua ex his constant. 30. Quippe ex iis generantur, iis nutriuntur, in eadem, dum corrumpuntur, resoluuntur.

*le est demeuré vn sediment crasse & espais, qui est le limon ou la terre. 28. Et ce sont là les corps simples d'où se sont*, s'esleuent, *les mixtes & composés. 29. Car de ceux cy sont composés tous les autres. 30. Veu qu'ils sont engendrés d'eux & en tirent leur nourriture, & se resoluent en eux quand ils se corrompent.*

# *IV. DE FIRMAMENTO.*

## IV. Du Firmament.

## IV. Von dem Feste den Himmels.

31 Die stern am Himmel sind gleich als die außgehenckete Lampen / daß sie vnauffhörlich herumb getrieben/ mit ihrẽ Liechte die Finsternüß erleuchten / vnd mit ihrem Lauff die Verenderungen der Zeiten abmessen. 32. Der planeten sind sieben; ein jeder in seinen Kreise. 33. Der Mond ist der vnterste welche

31. Astra sunt, ceu lampades in æthere suspensæ, vt indesinenter circumcirca rotatæ, lumine suo tenebras illuminent, cursu autem temporum vices dimetiātur. 32. Planetæ sunt septem, quisque in suo Orbe. 33. Infima est Luna, quæ, prout nobis illustrem sui medietatē ex-

31. *Les astres sont comme des lampes pendues en l'air, & tournées incessamment en roue*, en rõd, *& de tous costés*, tout à l'entour, *pour esclairer les tenebres de leur lumiere & mesurer les vicißitudes*, les saisons, les chāgements, *des temps par leur course. 32. Il y a sept planetes, chasque planete en sa sphere*, sõ cercle. 33. *La Lune est la plus basse de toutes, qui selon qu'elle se fait*

*voir,* se monstre, *à nous à moitié luisante semble croistre & decroistre,* endurer ses accroissements & decroissements, *& fait les mois par son retard,* seiour, delay. 34. *Le Soleil definit les iours par sa reuolution.* 35. *L'aube & le poinct du iour precedent,* deuancent, *son leuer quand le iour cõmence à poindre & esclairer.* 36. *Le Crepuscule,* l'entrechien & loup, *suit son coucher lors qu'il se fait tard & que la nuict vient.* 37. *Lors qu'il monte à nostre Zenith, il fait le Printemps, & quand il descẽd l'Autõne, & en tous les deux lieux l'Equinoxe.* 38. *Lors qu'il est au plus bas, il nous donne le solstice d'hyuer & les plus courts iours de l'année. & c'est là que l'hyuer commence; lors qu'il est au plus haut il nous dõne le solstice d'esté & les plus grands iours de l'annee & commence l'esté, là où la Canicule fait leuer,* esmeut, *les chaleurs.* 39. *Mercure le circuit,* fait son cours à l'en-

hibet, incrementa & decremẽta pati videtur, retardationéque suâ Mẽses efficit. 34. Sol reuolutione suâ dies definit. 35 Ortum eius præcedit Aurora & diluculum quum diescit & lucescit. 36. Occasũ sequitur Crepusculum, quum vesperascit & noctescit. 37. Ascendens ad nostrum Zenith, facit Ver, rursúmque descẽdens, Autumnum (& vtrobique Æquinoctiũ.) 38. Imus dat Brumam, orditúrque Hiemem: Sũmus Solstitium, inchoátque Æstatem: Vbi Sirius (*Canicula stella*) excitat æstum. 39. Mercurius eum in epicyclo suo circuit, citius quàm semianno: venusta Venus sesquiannno.

cher nachdem er vns seine helle hälffte zeiget zu / vnd abzunehmen scheinet / vnd mit seinem Verzug machet er die Monaten 34. Die Sonne beschreibet mit ihrem Vmblauff die Tage. 35. Vor ihrem Auffgãg gehet die Morgenröthe her / vnd die Morgens Demmerũg / wenn es taget vnd liecht wird. 36 Die Abends Demmerũg folget ihrem Vntergang / wenn es Abend vnd nacht wird. 37. Wenn sie gegẽ vnserm Haupt Punct auffsteiget / machet Sie den Frũling vnd dẽ Herbst / wañ sie wiederũb her unter steiget (vnd zu beyden theilen macht sie Tag vnd nacht einander gleich.) 38. Wann sie am niedrigsten ist / bringet sie den kürtzesten Tag / vnd hebet den Winter an: wenn sie am höhesten stehet / machet sie den längsten Tag / vnd fähet den Sommer an: da der Hundsstern grosse Hitze erreget. 39 Der Mercurius laufft in seinem engen circul vmb sie her / geschwinder dann im

halben Jahr: der liebliche stern Venus in anderthalb jahren. 40. Diesen stern nennet man / wann er des Morgens gesehen wird den Morgēstern / des Abends / den Abēdstern 41. Der Mars / mit seinē ferwrigen Glantz vollēdet seinē Lauff fast in zweyē Jahren: d̄ helleuchtēde Jupiter in 12. Jahrē: der kalte Saturnus bey nahe in 30. jahrē. 42. Die Finsternüsse der grossen Liechter geschehen wegen des zwischenstandes eines drittens / vnd der verschattung. 43. Die Fixsternen gehē zwar zugleich mit dem achten Circul fort / aber sie fünckeln (schimmern (vngleich.

40. Hanc manè Luciferum (*Phosphorum*) vesperi Hesperum, vocāt. 41. Mars ignito iubare periodum suam biennio fernè percurrit: splēdidus Iupiter annis duodecim: gelidus Saturnus penè triginta. 42. Eclipses (*obscurationes*) Luminarium fiunt propter interpositionem tertij & obumbrationem. 43. Stellæ fixæ cum octauâ sphærâ æqualiter progrediūtur, sed inæqualiter coruscant.

à l'entour de luy, *en son epicycle*, en son cercle estroit, *en peu moins*, vn peu plus viste qu'ē *demi an; la gentille & gracieuse Venus en vn an & demi.* 40. *Le matin on l'appelle l'estoile du iour, & le soir, l'estoile du vespre, ou qui se leue la premiere apres le Soleil couché.* 41. *Mars auec sa resplēdeur ignée,* ardante, *parcourt*, paracheue *sa carriere*, sa course, son chemin, sa periode, *presques en deux ans: le magnifique* le clair & reluisant, *Iupiter en douze ans, & Saturne le gelé presques en trente.* 42. *Les Eclipses*, obscurcissements, *des grands luminaires arriuent*, se font, *à cause de l'interposition*, de l'entremise, *d'vn tiers & de l'innombration*, l'ombrage, l'ombragement. 43. *Les estoiles fixes*, arrestées, *auancent esgalement auec la huictiesme sphere, mais elles brillent*, iettent des esclats de lueur, *inesgallement.*

## V. Vom Fewer.

44. Eine Fewersbrunst mag auß einem jedē Funcken / so du es zulässest / auffgehen. 45. Dēn alles / was fewer

## V. De Igne.

44. Incendiū ex quauis scintillâ, si permittis, oritur. 45. Nam quidquid ignem concipit, id pri-

## V. Du Feu.

